

Wd. 67

-12-

33

DE
IVRE FORMVLARIO
ROMANORVM
SIVE DE
LEGIS ACTIONIBVS

EX XII. TABB. DESCENDENTIBVS
DISSERTATIO,

QVAM
INDVLTV ET AVCTORITATE
AMPLISS. PHILOSOPHORVM ORDINIS
AD D. XX. MARTII, MDCC IX.
PLACIDAE ΣΤΜΦΙΔΟΛΟΓΟΤΝΤΩΝ CENSVRÆ
SVBMITTENT

M. I. O. HIERONYMVS STENGER,
LIPSIENSIS,

ET
ADAM CHRISTIAN GOELLNER,
SCHLEVSINGENSIS.

LIPSIÆ,
LITERIS IMMANVELIS TITUL.

V I R O
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE
EXCELLENTISSIMO
GOTTFRIDO GRAEVIO
ICTO CELEBERRIMO
REIPUBLICAE LIPSIENSIS
SENATORI GRAVISSIMO
ET EIVSDEM SENATVS
SYNDICO MERITISSIMO
AEDISQUE THOMANAЕ
ANTISTITI FIDELISSIMO
PATRONO SVO
ET IN SACRO ΠΑΛΙΤΕΝΕΣΙΑΣ
SVSCEPTORI
PERPETVA MENTIS RELIGIONE VENERANDO
DISSERTATIONEM HANC
DEVOTISSIMAE MENTIS
SUMMAEQVE OBSERVANTIAE
MONIMENTVM
SACRAM ESSE CVPIT
CLIENS DEVOTISS.
M.IO. HIERONYMVS STENGER.



B. C. D.



Vob in omni propemodum negotio Romanis usu venerat, ut certis quibusdam formulis & solemnibus verborum conceptionibus ipsi robur & splendorem adderent, id Iurisprudentiae praesertim & foro, tribunalibus & iudicis inventum. Neque enim ullibi tanta negotiorum varietas, vel tam arcta rerum, pro circumstantiarum varietate discrepantium, cognatio, vel via magis ad confusionem praecipit. Quibus hoc pacto succurrere visum fuit Antiquitati, si certas unicuique rei solemnitates circumscriberent, per quas diversae negotiorum species ab invicem distingverentur. Hinc factum, ut prohibitio novi operis per solemnem lapilli iactum fieret, ut rei furtivae requisitio per lancem & licium suscipetur, vindiciae vero sive lites de fundo, conserta manu per ludicram pugnae speciem instituerentur: ut heredi per testatorum annulus traderetur & is hereditarium corpus apprehensum digitis percuteret: ut, quod quis iure Quiritium suum esse vellet, per aes & libram nanciceretur, &c. Sed & ingens in istiusmodi rebus verborum vis ac efficacia. Quis enim ne-

A 2

sciat,

sciat, suas in Comitiis, Legibus & SCtis, in iudiciis, actuum legitimorum exercitiis, obligationibus contrahendis, testamens denique condendis formulas obtinuisse: quarum tanta penes Romanos autoritas fuit, ut nihil ratum haberetur, nisi quod ea verborum religione fuisse ob-signatum. Quae strictior iurisinterpretatio legumque rigor si umquam ad superstitionis modum accessit, certe tunc non multum abfuit, cum ius civile adhuc in Pontificum penetralibus repositum unice ad ipsorum commoda flesteretur & certae Legis actiones essent, per quas unumquemque ius suum ex XII. Tabularum Legibus persequi oporteret. Quam Romani Iuris portionem, alias Flavianam & AElianam appellari solitam, dum paullo fusi exponere paramus, liceat nobis formula solemni Romanorum uti, CUM BONA VENIA QVAESO AVDIATIS. Ita vero versabimur in hoc instituto, ut primum naturam & indolem istarum actionum indagemus, deinde, quantum per obscuritatem istius temporis licebit, brevem rei narrationem exsequamur: non intermisso, sicuti post tantam Vitorum Doctissimorum mensem relinquetur, Observationum quarundam spicilegio.

S. II.

Sed ut ordine procedatur, & omnis ambiguitas in isthoc argumento praescindatur, necesse est, ut videamus, quo sensu alioquin LEGIS ACTIO in Iureconsultorum libris accipienda sit. Etenim, si quod *lege agere* Romanis dicebatur, attendere, simulque omnes actus hac voce comprehendi solitos, Legis actiones appellare placeat, vix erit, ut rei cuiquam, quae quidem in iudicis peragebatur, istud nomen denegemus. Sane enim & actores & rei & lictores & apparitores & omnes isti, qui operam in iudicis praestabant, *lege agere* dicebantur. Quod è Livio potissimum appareat in descriptione supplicii, quod iussu C. Fulvii Senatus Campanus patiebatur: *Fulvius*, inquit, *id ita esse ratus, acceptas literas neque resolutas quam in gremio reposuisse, praeconi imperavit, ut licetorem LEGE AGERE iuberet.* Et paullo post praecomenem ita pronuntiasse refert: *Lictor, viro forti adde virgas & in eum primum LEGE AGE.* Eandem formulam retinuit Valerius: *Et iam diligat*

XXVI. 15.

cap. XVI.

III. 8.

*ligatis boſtibus literas a P. C. nequicquam Campanis salutares
accipit: in ſinistra enim eas manu, ſicut erant traditae, retinuit,
ac iuſſo liſtore LEGE AGERE, tum deum aperuit. Sed
poſtmodum reſtricta fuit iſtius verbi ſignificatio ad ſpeciales
Legis Actiones, quas & Actus legitimos appellant, veluti adi-
tronem hereditatis, mancipationem, in iure cessionem, accepti-
tionem, tutoris dationem, manumiſſionem, servi vel cuius
rei alterius optionem, &c. quos recte contra Hotmannum in
obſervationibus ſuis defenſerat Cuiacius. In iſtis certe ſpe-
ciatiām lege agi ſolitum. Sic enim Taciti locus explicari de-
bet: *Divus Augustus apud Equeſtres, qui Aegypto praefide-
bant, LEGE AGI decretaque eorum perinde haberi iuſſerat, ac
ſi magiſtratus Romani conſtituſſent: ubi verba lege agi nihil
aliud significant, quam Praefecto Aegypto datam eſſe, quem-
admodum Iureconsulti loquntur, Legis actionem, proinde-
que apud eum manumiſſiones ſervorum, emancipationes,
adoptiones & alias id genus ſolemnitates fieri permifſum.*
Sic enim Vlpianus ratiocinatur: *Adoptare quis apud iuridi-
cum potefit, quia data eſt ei LEGIS ACTIO, & alibi: A-
pud Legatum vero Proconsulis nemo manumittere potefit, quia de off. proc.
non habet iurisdictionem talem: nec adoptare potefit, omnino
enim non eſt apud eum LEGIS ACTIO. De Adoptione conf. l. i. C. de
plane singularis apud Vopiscum locus eſt: Hoc igitur, inquit,
quod Coceius Nerva in Traiano adoptando, quod Vlpius Tra-
ianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & ceteri de-
inceps in proposita ſuggeſtione fecerunt, iam in adrogando Au-
reliano, quem mihi vicarium iudicii tui autoritate feciſſi, cen-
ſui eſſe referendum. Iube igitur, ut LEGE AGATVR, ſi que
Aurelianus heres ſacrorum, nominis & bonorum rotinque in-
ris. Ut adeo ſatis appareat, Legis actiones ad variam ſigni-
ficationem tendere: cum & ea, quae liſtorum & apparitorum
erant in iudiciis, & actus, quos ſupra recenſuimus, legitimos
& iplam iurisdictionem non raro complectantur.**

S. III.

Nos, omnibus iſtis in medio reliftis, aliam fi-
gificationem hoc loco proponemus: eam videlicet, quam

A 3

Pom-

Obſerv.
XV. 16.

Ann. XII. 60.

l. i. ff. de off.
iurid.
1. 2. §. 1. & 1. 3. ff.
pud Legatum vero Proconsulis nemo manumittere potefit, quia de off. proc.
non habet iurisdictionem talem: nec adoptare potefit, omnino
enim non eſt apud eum LEGIS ACTIO. De Adoptione conf. l. i. C. de
plane singularis apud Vopiscum locus eſt: Hoc igitur, inquit,
quod Coceius Nerva in Traiano adoptando, quod Vlpius Tra-
ianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & ceteri de-
inceps in proposita ſuggeſtione fecerunt, iam in adrogando Au-
reliano, quem mihi vicarium iudicii tui autoritate feciſſi, cen-
ſui eſſe referendum. Iube igitur, ut LEGE AGATVR, ſi que
Aurelianus heres ſacrorum, nominis & bonorum rotinque in-
ris. Ut adeo ſatis appareat, Legis actiones ad variam ſigni-
ficationem tendere: cum & ea, quae liſtorum & apparitorum
erant in iudiciis, & actus, quos ſupra recenſuimus, legitimos
& iplam iurisdictionem non raro complectantur.

adopt.
in Aureliano,

Pomponius in Enchiridio suppeditat, *Deinde*, inquiens, *ex his*
1.2. § 6. ff. de legibus eodem tempore fere, *actiones compositae sunt*, quibus
O.I. inter se homines disceptarent, *quas actiones ne populus, prout*
veller, institueret, certas solemnnesque esse voluerunt. Et
appellatur haec pars iuris *LEGIS ACTIONES*, i.e. *legitima actiones.* Et ita eodem pene tempore tria haec iura
nata sunt: *Leges XII. Tabularum: ex his fluere coepit ius*
civile: ex iisdem LEGIS ACTIONES compositae sunt. Quae quidem quales fuerint, ex ordine Dissertationis huius
apparebit: *Quantum interim ad nomen, facile perspicitur, eas*
ideo legis actiones dictas, quod ex Legibus XII. Tabularum
fluerent, & iura, quae in his scripta essent, persequerentur;
quamquam non ignoramus, eas etiam legitimas appellari solitas, prouti Pomponius explicatum dedit. Ea tamen vocis significatio paulo cautius adhibenda post receptam actionum in *legitimas & honorarias* divisionem, quarum illae iam non amplius solas actiones ex legibus XII. Tabularum, sed ex aliis etiam Iuris Civilis fontibus hauriendas complectuntur, quae saltem non ex Praetorum Edictis fluant & iuris honorarii dicantur. Potius *Formularum* appellatio nobis hoc loco placet, quae solemnem aliquam verborum conceptionem significat. Sic enim ad Serenam Lipsius adnotavit: *FORMULA iuris* verbum est: qui in ordinario iudicio agebant petebantque, *CONCEPTIS VERBIS* faciebant. Atque id eousque, ut saepenumero ipsae actiones *formularum* nomine appellarentur; quemadmodum v. gr. legis Aquilae actio *DAMNI DATI FORMULA* dicitur Plinio, & actio de dolo *FORMULA DE DOLO MALO* Ciceroni, & *FAMILIAEERCISCVNDAE FORMULA* Apuleio; prout & Ciceroni *Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam caurus & acutus, praeco actionum, canor FORMULARVM, auceps syllabarum.* Quo etiam sensu hanc vocem in Valerii loco interpretatur Hotmannus, ubi de A. Caeselio ICto dicitur: *Nullius aut gratia aut autoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas Triumviri dederant, FORMULAM componeret.* Sic enim ille vocem accipit, qua-

arg. §. 3. I. de
actione.

de Clement.
II. 3.

IX. 59.
de Finib. I. &
Offic. III.
Metam. IX.
de Orat. I.p.m.
165.

VI. 2.

Illustr. Quesst.
XXXIV.

quasi *Triumviris Rempublicam obtinentibus*, noluerit **FOR-
MVLAS** ad eorum acta accommodatas concipere: quam-
quam negari non poscit, verius hoc loco formulam per testa-
tionem & instrumentum donationis explicari. Ceterum, an
& istae Legis Actiones apud Veteres *Carminum* appellatione
veniant, quod ex Cicerone Livioque Ant. Augustinus adfere-
re videtur, eius rei penes alios iudicium esse malum.

de Legg. XII.
Tabb. inf.
Thef. Antiqv.
Graevian.

Tom. II. p. 1282.

§. IV.

Nunc ad ipsam definitionem rei, quae sub nostris ma-
nibus versatur, accedamus: neque vero nos errare crediderim,
si Legis actiones per certas solemnnesque formulas explicemus,
quas e XII. Tabularum Legibus oriundas & in Pontificum
penetratibus repositas, ab eo, qui quoquo anno praeessef pri-
vatis, ad persequenda singulorum iura impetrari sive verbo-
tenus in iudicio proponi oportebat, eo rigore, ut si vel syllaba
erratum esset, causa caderetur. Ita quidem brevissimis omnia
complexi sumus, quae nunc singula seorsim deducemus, me-
mores illius Senecae: *Plura proponere est rurius, ne una de-* de Clement.
finitio parum rem comprehendat, & ut ita dicam, formula ex-
citat. Id igitur primum inter omnes convenit, istas Actiones
ex Duodecim Tabularum Legibus originem traxisse. Sic e-
nim Pomponius diserte, *ex iisdem* (XII. Tabulis) *Legis a-* l.c. §. 6.
ctiones compositae sunt. Et Cicero: *Nam sive quem aliena* de Orat. l.p.m.
studia delectant, plurima est & in omni iure civili & in Ponti- 158.
ficum libris & in XII. TABVLIS antiquitatis effigies, quod
& verborum prisca vetus cognoscitur, & ACTIONVM
GENERALIA QVAEDAM maiorum consuetudinem vitam-
que declarant. Et apposite Gellius, *proletarios & affiduos*
& sanates &c. evanuisse, omnemque illam XII. TABVLA-
RVM ANTICVITATEM NISTI IN LEGIS ACTIONIBVS
centumviralium causarum CONSOPITAM ESSE. Ex qui-
bus oppido colligitur, legis actiones atque formulas ex XII. Ta-
bularum iure, tanquam ex fonte suo, promanaſſe.

§. V.

Proximum est, ut videamus, ubinam & a quibus istae
Legis actiones adfervarentur? & Pomponius eas apud Col-
legi-

XVI. 10.

l.c. §. 6.

legium Pontificum fuisse adserit. Quod ita quidem mirum
videri poterat illis, qui vetera Pontificum iura leviter tantum
inspexissent: cum & ista civilium actionum adseratio nihil ad
eorum sacra pertineat, & legum civilium ratio cum divinarum
institutione non commiscenda sit, nec legis ferendae potesta-
tem Pontifices habuerint, quae tamen actionum & iuris perfe-
quendi administrationem praecessisse necessario debebat. At-
que in ea sententia Nic. Grucchium versari video, Virum ali-
oquin perspicacem & in isto literarum genere perquam curi-
osum; qui, ut sententiae suae patricinatur, *Comitia Arbitris*
Pontificibus apud Gellium ita interpretatur, quasi Pontifices in
eis tantum intervenerint, ut de iure cognoscerent: quod ipso-
rum proprium esset, ut in adoptione. Sic enim Ciceroni Ca-
storem & Pollucem *legum & iudiciorum arbitrios ac testes ap-*
pellatos, qui neque leges ipsi tulerint, nec umquam iudi-
cia exercuerint: Eodem plane modo Pontifices Comitio-
rum arbitros nominari posse, licet ipsis leges ferendi po-
testas denegata fuerit. Attamen quantum ad hanc obie-
ctionem, id ante omnia considerari velim, quam arcta ius
Pontificium cum Iure Civili coniunctum fuerit: Hinc e-
nimir est, quod Iurisprudentiam per *Divinaram humanarumque rerum notitiam* vulgo definiant, quae non mo-
do Iuris Civilis partes edocere debeat, sed & in Pontificum
penetalibus scrutetur, ad pernoscentia, quae divini iuris ef-
fent, quaque ritus, ceremonias & sacrificia complecteren-
tur, vel ad summam erga Deos religionem pertinerent. Eius
rei perpetuum velut testimonium edidere, quotquot ad sum-
mum Pontificatus honorem apud Romanos evecti sunt.
Quos inter merito quidem suo referuntur T. Corruncanius,
ante quem nemo ius Civile publice professus traditur, tum
P. Licinius Crassus, P. Scaevola, P. Scipio Nasica & Q. Muci-
us P. filius, qui ius civile, iuxta Pomponium, primus constituit.
Neque tamen silentio praetereundi Antistius Labeo & Capito
Atteius, qui principem in civitate locum studiis civilibus ad-
secuti iuris Pontificii peritisimi fuerunt, ut e Macrobio doce-
mur. Quae tanta Iuris Civilis & Pontificii cognatio efficit,

ut

de Comit.
Rom III. 3.

V. 19.

in Verrem.
V. 72.

I. c §. 35. & 38.

S. 40.

ut Cato Iureconsultos a Pontificibus vix distingueret: *Quid Cic. Catone*
Iurisconsulti, inquit, *quid Pontifices, quam multa memine-*
runt? Quid multa? cum nemo Pontifex bonus esset, nisi qui
ius civile cognosceret, ut P. Scaevolae filius ex patre se audiisse
referebat. Sed age nunc apertioribus testimoniosis causae iu-
gulum premamus: & nemo est, qui dubitet, Pontifici Max.
ut Sacerdotum omnium, sic & Magistratum maiorum mu-
nus quandoque demandatum. Sic enim Livius, *Decemviris*
se magistratu abdicantibus, Q. Furium (vel quod cum Pædia-
no magis placet, *M. Papirium*) *Pontificem max. tribunos ple-*
bis creasse, sicque Comitia habuisse resert: quae potestas ipsi
ex Senatus consilio obvenit. Cuius quidem rei aliud exem-
plum apud eundem habes: *Comitia inde Pontifici maximo*
creando sunt habita. Ea comitia novus Pontifex *M. Cornelius*
Cerhegus habuit. Ut taceam, quod apud Gellium scribit e La-
beone Laelius Felix, (sive malis cum Doctiss. Gronovio L.Ae-
lius Stilo,) *Calata comitia esse, quae pro Collegio Pontificum ha-*
bentur, aut Regis sacerorum, aut Flaminum inaugurandorum
causa. Sed inhaerendum iam Comitiis, quae *Arbitris Pon-*
tificibus fieri dicuntur, & a Grucchio potissimum urgentur.
In qua quidem disceptatione iam dudum nobis facem praetul-
lit Iac. Gutherius in Commentariis de *Veteri Iure Pontificio*:
cui vel ipsa appellatio controversiam confidere videtur. *Ar-*
bitris enim Pontificibus facta Comitia nihil aliud denotant,
quam *autoribus Pontificibus*, prout arbitros explicatos apud
Festum reperimus. At vero Comitia præbere, yeleorum au-
tores esse non possunt, nisi magistratus, qui legis ferendae po-
testatem habeant. Quod ex legis formula in rogationibus
recepta patet, quae, prout in legibus omnibus, his verbis con-
cepta est, *VELITIS IVBEATIS QVIRITES.* Eam vero a
Pontifice Max. prolatam ipse Gellius testatur; & quamquam
apud Ciceronem & Plutarctum Cæsar Consul in arrogatione P.
Clodii Legem Curiatam tulisse referatur, parum tamen obstat,
cum & idem Pontifex Max. esset: quid enim impedit, quo mi-
nus

Cap. VII.

v. Cic. de Legi-
bus II. p.m.

179.

III. 54.

XXV. 5.

XV. 17.
Observ. I. 3. &
in Addend.
p. 269.

I. 1. p. 28. edit.
inf. Thes. An-
tiqu. Graev.
Tom. V.

verb. Arbi-
trio.

v. Brisson. de
Form. Rom.
Lib. II.
p. 129. seq.
l. c.

mus eum, ut Pontificem, Legem Curiatam tulisse adseramus?

§. VI.

Quod si hoc impetraverimus, penes Pontifices legum fenderarum fuisse potestatem, id eo facilius, spero, consequemur, quod etiam legis actiones in eorum sacrariis adservatae fuerint. Praesertim cum ipsis & imperium & potestas iudicaria concessa fuerit, ad quae legis actiones & earum adservatio quam optime referuntur. Sic enim Festus de Pontifice,

in Ord. Sacerdotum.

in Max. Pon-

tifex.

Orat. pro Do-

mo sua, Cap. I.

de Harusp.

Reip. Cap. VII.

quod IVDEX atque ARBITER rerum divinarum atque humanaarum fuerit, sive ut Paullus eius abbreviator habet, M^AXIMVS rerum, quae ad sacra & religionem pertinerent, IVDEX VINDEX QVE CONTVMACIAE PRIVATORVM magistratumque. Quod magistrice satis a Cicerone ex-

prefsum legitur coram ipsis Pontificibus: *Quod si ullo tempore magna causa in Sacerdotum Populi Romani IUDICIO ac POTESTATE versata est, haec profecto tanta est, ut omnis Reipublicae dignitas, omnium Civium salus, vita, libertas, arae, foci, dei penates, bona, fortunae, domicilia vestrae sapientiae, fidei POTESTATIque commissa ereditaque esse videantur.* Et alibi diserte in Senatu: *Ita est enim interpretatio illa PONTIFICVM, ut iidem POTESTATEM habeant IV-*

DICVM: Vbi in subsequentibus iudicium capitii iisdem tribuit, iuxta antiquissimam legis Romanae Sanctionem: IN-

CESTVM PONTIFICES SVPLICIO SVPREMO SAN-

CIVNTO. Iam si iudicium imperiumque penes Pontifices fuisse constet, proximum profecto est, ut legis actiones ab ipsis etiam custodirentur, per quas in eiusmodi iudicii iura sua populus persequebatur.

§. VII.

Sed ut ulterius sententiam nostram fulciamus, hoc loco non praetermitti debet, quod Pontifices etiam fastos & ἡμερ-
Orat. pro Mu- λόγια curaverint, iuxta illud Ciceronis: *Posset agi lega necne-
zaena, Cap. XI. pauci quondam sciebant.* Erant enim in magna potentia, qui
consulebantur; aquibus etiam DIES, tanquam a Chaldaicis,
pete-

perebantur. Et alibi de Cn. Flavio : *Quia ergo proficit*, ad Attic. VI. x.
quod protulit FASTOS? Occulatam putant quodam tempore istam tabulam, ut DIES AGENDI peterentur a paucis.
*Fasti scilicet dicti sunt libri atque tabulae, in quibus dierum & Fastorum ratio conscripta erat, ut quibus vel Comitia convocari, vel Senatus haberi, vel cum populo agi posset, exinde nosceretur. Ipsius quidem vocis origo a vulgatissima diērum apud Romanos distributione pendet in *Fastos* & *Nefastos*, quorum illis quidem lege agi licuit, his vero nefas censēbatur;*

Fastor. I.

*Illa nefastus erit, per quem tria verba silentur;
Fastus erit, per quem lege licebat agi.*

Cuius loci explicationem Macrobius suppeditat: *Fasti sunt*, Saturn. L. 16. inquit, quibus licet fari Praetori tria verba solemnia: DO, DICO, ADDICO. Nescio tamen, annon etiam diebus istis causas agere in iudicio, & ius suum persequi licuerit? quod ex isto loco negare videtur Manutius, his verbis: *Agitur lege,* de veter. Dier. rat. cum Praetor tria verba fatur: DO, DICO, ADDICO: qui est ultimus iudicij dies: cum vero causis audiendis Praetor operam dat, lege runc non agitur. Sed ego potius haec ideo adducta ab ipso crediderim, ut demonstraret, nefastis etiam diebus pro reo aut contra reum dici licuisse, quam ut fastos dies ab isto negotio eximeret. Certe Ciceronis post redditum in Senatu Oratio, prout ipse testatur, Nonis Septembbris fuit ab ipso habitus quem tamen diem inter fastos referendum, Kalendarium indicat: notatur enim Litera F. quae fastos dies significat. Ingens nihilominus in isto negotio difficultas ob diversissimam fastorum dierum rationem, quorum non incongrue cum Manutio tria genera constitutas. Primum quidem eorum, quibus fari semper & licet & soleret, nisi casu quodam extra ordinem interveniente: & illi ipsi sunt, quos in Kalendario litera F. notatos reperimus: alterum eorum, quibus omnibus fari, non tamen horis omnibus licet, & ita notantur in Kalendario, F. P. NP. EN. Q. REX. C. Q. S. T. D.

v. Ep. IV. Lib.
I. ad Atticum.

B 2

F. P.

F.P. sunt *Fasti primo*, qui priore parte fasti, posteriore nefasti :
NP. *Nefasti primo*, qui priore parte nefasti, posteriore fasti ;
cuiusmodi fuisse dies fere omnes festos , inspecto Kalendario ,
cognoscitur : quamquam eiusmodi Dierum apud Veteres du-
bitem an unquam mentio occurrat; sed qui sequuntur EN.

de Lingv. Lat. sive Endotericis aut intercisi a Varrone memorantur : IN.
Lib. V.p.m. 50 *TERCISI* dies sunt, per quos mane & vespere est nefas, medio
tempore, inter hostiam caesam & extra porrelta, fas. Por-
ro qui sic notati sunt, Q.REX. C. iterum a Varrone explican-
tur: *Dies*, qui vocatur sic, *QVANDO RFX COMITIAVIT*,
fas: *dictus*, ab eo quod eo die Rex sacrificulus dicat ad comi-
tium: *ad quod tempus est nefas, ab eo fas*. Itaque post id
tempus lege actum saepe. Ex eodem intelligitur, quid Q. S. T.
D. sibi velint, *Dies*, inquit, qui vocatur sic, *QVANDO O*
STERCVS DEFERTVR, *fas*: *ab eo appellatus, quod eo die ex*
aede Vestae stercus everritur, & per Capitolinum clivum in lo-
cum defertur certum. Supereft adhuc genus tertium, quo
referri debent, qui litera C. notantur & *COMITIALES* sunt,
quandoque tamen casu *fasti*, si forte Comitia non haberentur,
& quidem si prorsus nulla haberentur, fasti sunt per totum, ex
parte vero, cum haberentur illa quidem, sed minime per totum
diem. Vnde fatis liquet, Fastorum notitiam rem haut minimi
momenti fuisse, ut dignosceretur, qua vel dievel diei parte ius
suum in iudicio persequi licet: ideoque constitutum, ut ea
tantum penes Pontifices esset, qui dies unicuique vel acturo vel
se defensuro distribuerent. Ceterum, quae heic loci de *Fasto-*
rum Libris eorumque ab *Annalibus maximis*, *Libris Ponti-*
ficalibus, *Commentariis Sacrorum & Ceremoniarum Libris* dif-
ferentia moneri, vel circa ipsius Kalendarii originem ex illis
ipsis Fastis haut dubie post Cn. Flavii tempora repetendam
coniici posse videbantur, iubentes praetermittimus, ne in ab-
sconditis istis remotissimae Antiquitatis tenebris ultro coecu-
tire velle videamur.

§. VIII.

Sed ista, quae haec tenus proposuimus, ideo prolixius

ex-

exsecuti sumus, ut certo constare posset, Legis actiones a Pontificibus ad servatas esse. Qua quidem de re quomodo amplius dubitari queat, non perspicio: cum ipsis & legis ferendae portestas & imperium & Comitia convocandi ius & custodia Fastorum in praecedentibus adserta satis fuerit: Si tamen adhuc dubia cuiquam videatur haec sententia, velim dicatis, quomodo apud Livium *ius civile repositum in penetralibus Pontificum* commodius, quam per legis actiones explicare velit? quomodo item apud Valerium *ius civile per multa saecula inter sacra ceremoniasque Deorum immortalium abdum, solisque Pontificibus notum?* Sed apud Ciceronem, fateor, unus adhuc nodus superest, qui quidem summopere me torqueat: *Sunt iura, inquit, sunt formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuria, aut ratione actionis errare possit: expressae sunt enim ex uniuscuiusque damno, dolore, incommmodo, calamitate, iniuria, publicae A P R A E T O R E formulae, ad quas privata lis accommodatur.* Cur vero eas a Praetore nominat *expressas*, si a Pontificibus custoditae atque ex Duodecim Tabularum Legibus profectae sunt, quas longe ante Praetorii magistratus tempora perlatas esse novimus? Scilicet hic distinguendum erit inter formulam intentionis & iudicij, quarum haec auctori demum post sortitionem iudicis a Praetore concedebatur, illa primo quidem a Collegio Pontificum impetranda, postmodum in iure coram Praetore proponenda erat, ut cognosceretur, qua potissimum actione experiri velit: quamquam non negem, ultimis Reipublicae temporibus, etiam intentionis formulas a Praetore impetrari vel ex ipsis albo depromi potuisse, quo forte post fastos a Cn. Flavio divulgatos relatae fuerant, haut secus ac ipsa dierum, ac fastorum ratio: quod quo tempore factum sit, ex inferioribus patebit. Ut autem eo melius cognoscatur, quid per intentionis, quid per iudicij formulam intellectum velim, exemplum utriusque ex rei vindicatione promam. Et intentionis quidem formula ab auctore talis erat proponenda: FVN-
DVS QVI EST IN AGRO QVI SABINVS VO-

B 3

CA-

IX. 46.

II. 5.

Orat. pro Q.
Rosco Co-
moedo.

CATVR EVM EGO EX IVRE QVIRITIVM
MEVM ESSE AIO. INDE IBI EGO TE EX IV-
RE MANV CONSERTVM VOCO. Sic enim
apud Ciceronem legitur. Sed *iudicij formula* nihil erat ali-
Orat. pro Q.
Muraena Cap. ud, quam norma quaedam solemnis a Praetore prae scripta,
XII. iuxta quam iudex inferior, qui per sortem selectus erat, iudi-
care debuit: hinc enim est, quod in citato Ciceronis loco *pri-
vatilis ad iustas formulas accommodari* dicatur: quales in haec
de Formul.
Lib. V. p. 373. verba datas Briffonius auguratur: SI PARET FVNDVM
hunc vel illum TITII EX IVRE QVIRITIVM ES-
SE, NEQVE IS FVNDVS EI A MAEVIO RE-
STITVETVR, SEMPRONIVS IVDEX ESTO.
Ceterum, quod ad ipsam hanc distinctionem attinet, eam ex
Ciceronis alio loco satis commode probari posse crediderim,
ubi, cum veteres Pontificum formulas perstringeret, ita de-
mum loquitur: *Cum hoc bellissime fieri posset: FVNDVS
SABINVS MEVS EST, IMMO MEVS: deinde
IVDICIVM: notuerunt.* Fundus Sabinus meus est, in-
quit, *immo meus:* atque per haec verba omnino intentionis
formula expediri potuisse putat: *deinde, subiicit, iudicium*
fieri potuisset: atque hoc ipso, prout arbitror, ad *iudicij for-
mulam respicit*, quam a Praetore edendam suisse memoravi-
mus. Sed plura de his in praesenti dicere non attinet: ad
alia pergamus.

§. IX.

Istae nimur intentionum formulae sive proprie sic
dictae Legis actiones, quamquam ab universo Pontificum
Collegio custodirentur, eas tamen ab omnibus simul edi, non
modo necessum non fuisset, verum & difficillimum. *Consti-
tuimus igitur ex iis, qui QVO QVO ANNO PRAEES-
SET PRIVATIS,* uti Pomponius loquitur. Atque hunc
minime fallar, si legis actiones edidisse dixerim: id enim ipsi-
us phraseos vis ac *évégyea* persuadet, quam certe non satis
adsecuti sunt, qui pro *privatis*, *privatus* emendarunt. *Prae-
esse enim alicui idem est ac iuri dicundo praecesse actionesque*
1. c.
1. & §. 6.
v. Pigh. Ann.
Lib. I. p. 30.
&c

& iudicia suppeditare, prout apud Ciceronem etiam accipitur de Orat. I. p. m.
in eo Scaevola's sermone, qui ab homine iuris peritisimo ex
medio foro petitis verbis contexitur : *MVLTIS QVE PRAEESSEM*, inquit, *qui aut interdicto tecum conterent, aut te ex iure manu consertum vocarent.* Item in
Scaevolae responso, solere eos, qui *iuri dicendo PRAESVNT, tueri aquaeductus, quibus autoritatem vetustas daret, tametsi ius non probareretur.* Ex qua lege nisi fallor, illud adhuc
observari posset, quod qui *iuri dicendo hic praeesse* dicitur,
unus e Collegio Pontificum fuerit, *a quibus sicut pons sublimius faetus primus & restitutus saepe, ita & aquaeductus forte curari oportebat.* Sed coniectura est, neque id amplius
quam pro coniectura velim accipi. Quantum interim ad no-
stram verbi *praesē* Φεζών, ea probe distinguenda est ab al-
tera, qua, qui litigantibus iuris sui persequendi vias tradebant,
& ius causarum actoribus, ut cum Asconio loquar, suggere-
bant, *adesse* ipsis non *praesē* dicebantur. Hic enim vocis
significatus apud Ciceronem est : *Hoc loco percommode acci-
dit, quod non ADEST is, qui paullo ante adfuit, & AD-
ESSERE nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatusissimus,*
C. Aquilius. Et affatim luculenter ex alio eiusdem loco pro-
batur, quando dicit : *Privata iudicia maximarum quidem
rerum in iureconsultorum mibividetur esse prudentia: nam
& ADSVNT multum & adhibentur IN CONSILIO,*
*& patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus
bastas ministrant.* Quod tamen Pontifices fecisse verosimi-
le non est.

S. X.

Sed in Circulum redeamus : & cum satis multa de Pon-
tificum circa Legis actiones negotiis atque cura nobis obser-
vata sint, iuvabit adhuc paucis in rationes inquisivisse, quare
potestatem istam sibi adseruerint. Etenim quod apud Pom-
ponium est, *actiones ideo certas solemnnesque constitutas, ne
populus eas, prout vellet, institueret, non nisi per accidentis
supervenit ; Primariam vero rationem Cicero eloquutus*
est:

139.

I. ult. ff. de aq.
& aq. pluv.

v. Varro de
LL. Lib. I. p.
m. 22.

Orat. pro Cas-
cina. Cap.
XXVII.

1. c.



de Orat. I. p.m. est: *Veteres illi, inquit, qui huic scientiae praeferuerunt, OB-*
157. *TINENDAE atque AVGENDAE POTENTIAE SVAE*

causa, per vulgari artem suam noluerunt. Scilicet qui Religionis omnis apud Romanos finis erat atque scopus, ut & plebes coerceretur, & eorum qui sacris praeescent, facultates creaserent, eius etiam in hac causa rationem habitam a Pontificibus facile intelligit, quicumque Ciceronis Muraenianam legerit. Sane de intercalationibus atque fastis in eorum penetralibus reconditis res apud omnes est confecta. Sic enim de iisdem Ammianus:

Haec nondum extensis fusi regnis, diu ignorare Romani, perque saecula multa obscuris difficultatibus implicati, tune magis errorum profunda caligine fluctuabant, cum in Sacerdotes potestatem transflissent interkalandi: qui licenter gratificantes publicanorum vel litigantium commodis, ad arbitrium suum SVBTRAHEBANT TEMPORA VEL AVGEBANT. Hocque ex coepio emerserunt alia plurima, quae fallebant, quorum meminisse nunc supervacaneum. puto. Quamquam enim paulo mitius in ista causa Cicero pronunciarit, intercalandi rationem perite a Numa institutam, posteriorum Pontificum NEGLIGENTIA dissolutam esse, com pluribus tamen veterum exemplis persuademur, eos non tam ex negligientia, quam libidine rem sibi ad corrugendum mandatam ultro depravasse: idque vel odio vel gratia ducatos, quo quis magistratus citius abiret diutiusve fungeretur, aut ex anni magnitudine diversa in lucro damnove esset. Pertinet huc

de Legibus
Lib II. p.m.
175.

Epist II. Lib.
VII.

Lib. V. Ep. IX.
v. & Ep. XIII.
& XXI. eiusd.
Libri.

Nos hic in multitudine & celebritate iudiciorum & novis legibus ita distinemur, ut quotidie vota faciamus, ne INTERKALETVR, h. e. ne dierum interpositione tempus protrahatur.

Qui locus aperte indicat, Pontifices interkalare solitos arbitratu suo: nam si annus hic esset interkalaris ex instituto Numae, frustra Cicero vota faceret, ne interkaletur: metuebat igitur, ne interkaletur extra ordinem: quod idem timuit in Administratione Ciliciae, ubi ad Atticum:

Illud memento curare per te & per omnes nostros, imprimis per Hortensium, ut ANNVS noster MANEAT SVO

STA-

STATV, NE QVID NOVI DECERNATVR. Hoc tibi ira mando, ut dubitem, an etiam terogem, ut pugnes, *NE INTERKALETVR.* Contra sequenti anno C. Curio tribunus pl. ut diem haberet longiorem ad ea perficienda, quae pro Caesaris causa cogitabat, interkalari cupiebat, quod quia non obtinuit, a senatu ad populum transfugit, & pro Caesare loqui coepit, ut ait Coelius ad Ciceronem scribens. Quapropter in ista summa licentia, quam sibi sumserant Pontifices, *ut omnibus in rebus ipsi interesserent*, ut Cicero pro Muraena loquitur, mirum videri non debet, eos etiam Legis actiones harumque formularum custodiam sibi vindicasse, quarum ope, quum & fastorum notitia penes ipsos esset, non modo iudicia privata suo quodam arbitrio moderari, sed alioquin etiam libidini potentiaeque suae propicere valerent.

§. XI.

Huc enim, prout unicuique se res oggerit, insignis harum Formularum varietas & multitudine spectat: quam certe limitibus arctioribus concludere potuissent, nisi hac ipsa varietate rem difficultorem suaeque libidini magis proficiam reddere in animo fuisset: *Quid enim, inquit Seneca, aliud agitis, cum eum, quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur?* Enimvero, quoniam hic perventum est, necesse erit, ut ad illas ipsas actiones transeamus: quas Pomponius noster *certas & solemnes* vocat, Cuiacius per *certas ad numerum, solemnes ad formulam & verba explicat*. In utrisque fateor nos hallucinari. Quantum enim ad priores & earum numerum, facile perspicitur, eum non amplius produci posse, cum Ciceronis tempore iam ignoraretur. Sic enim ille queritur: *deinde post de Orat. I.p.m. eaquam est editum, expositis a Cn. Flavio primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.* De solemnis & ipsis verborum conceptionibus res forte non adeo desperata, si paucas desideres, neque

Lib. VIII.
Ep. IX.

Ep. XLVIII.

I. c.
in notis.

157.

C ta-

tamen ita fide digna, ut in illarum verba penitus iurare debeas. Quid si enim illi, qui sparsim ista reliquerunt, libros, quos literis ignorabilibus praenotatos Apuleius vocat, ipsi non intellexerint, aut etiam *verba ab ultimis temporibus & oblitteratis repetita*, ut cum Quintiliano loquar, nesciverint? Neque enim dubito, post Cn. Flavii tabulas divulgatas, Pontifices operam dedisse, ut istae, quantum fieri potuit, supprimarentur. Sunt tamen adhuc aliquae, quas pro legis actionibus habere possis. Atque in eorum numero potissimum censi debent, quae a Cicerone insperguntur in Oratione pro Muraena, ubi Pontificum libidinem & superstitionem egregie perstrinxit: FVNDVS, inquit, QVI EST IN AGRO QVI SABINVS VOCATVR, EVM EGO EX IVRE QVIRITVM MEVM ESSE AIO. INDE IBI EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Quibus quidem verbis integra actionis in rem formula proponitur. Sequitur illius, unde petebatur, exceptio sive responsio: Vnde TV ME EX IVRE MANV CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. Praetor interea, sic pergit Cicero, ne pulcrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum ceteris rebus absurdum tum vero nullo usui, VTRIS QVE SUPERSTITIVS PRAESENTIBVS ISTAM DICO VIAM, INITI VIAM. Praefeo aderat sapiens ille, qui inire viam doceret, REDITE VIAM, eodem duce redibant. Haec iam tum apud illos barbaros ridicula, credo, videbantur, homines, cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire: ut, unde abissent, eodem statim redirent. Isdem ineptis fucata sunt illa omnia: QUANDO TE IN IVRE CONSPICIO, (quae actionis in auctorem praesentem formula fusius exponitur a Valerio Probo, Q. I. I. T. C. P. A. F. A. Quando in iure te conficio postulo an suas auctor,) & haec: SED ANNE TV DICIS CAUSA VINDICAVERIS, quae dum erant occulta, necessario ab eis, qui

ea

ea tenebant, petebantur: posse a vero per vulgata, atque in manibus iactata & excussa, manissima prudentiae reperta sunt, fraudis autem & studitiae plenissima. Hucusque Cicero: neque vero nos huiusmodi formulis investigandis immorabitur, cum ista res peculiarem operam sibi poscat, si quidem post locupletissimam Car. Siganii messem spicilegium aliquod de Iudiciis.
relictum sit: sed qui plura de hoc argumento desiderant, ad L. 21.
praecipuos Formularum Collectores Hotmannum & Brissonium ablegatos volumus; id unicum monentes, ne forte in tanto formularum numero, imponi sibi patiantur, ut vel ea pro Legis actionibus arripiant, quae post Pontifices demum in foris usurpari coeperunt, aut si quid in Scriptoribus inveniant, quod in iura forumque redoleat, id omne statim pro solemnis Romanorum formulis amplectantur: ad quos errores quam proclivis via fit, affatim Virorum Doctissimum exemplis comprobatur.

§. XII.

Supereft, ut modum, quo formulas a Pontificibus praescriptas in iudicio proponi oportebat, brevissimis adhuc rotenuit. Et cum quidem haut alienum auguror ab isto, quem suis temporibus usitatum Vlpianus memorat, ut *qua* ^{1.1. ff. de edend.} quisque *actione agere vellet, eam edere deberet, ut proinde sciat reus, utrum cedere an contendere ultra debeat.* Quid autem per vocem *edere* denotetur, in subsequentibus declarat: *Edere, inquit, est copiam describendi facere, vel in libello completi & dare, vel dictare: eum quoque edere Laborat, qui producat adversarium suum ad album;* & *demontret, quod dictaturus est, vel id dicendo, quo uti velit.* Sed & isthaec edendi rationes, ut reliqua omnia, satis superstitiones. Ita enim haerendum erat in formularum a Pontificibus impetratarum verbis, ut ab iisdem vel syllaba recessisse nefas haberetur, & is, qui recessisset, causa caderet, item perderet & ipsam rem amitteret. *Quo procul dubio respxit Tullius: Ita ius civile habemus constitutum, ut CAVSA de invent. LIB.*

**CADAT IS, QVI NON QVEMADMODVM OPO-
TET EGERIT.** Et omnium clarissime Quintilianus :
Est etiam pericolosum, cum, si VNO VERBO SITERRA-
TVM, tota CAVSA CECIDISe videamur. Summa igitur
cautio adhibenda, multumque circumspiciendum, ut
formula recte proponatur, & universae rei congrue. Sic
enim idem ille Rhetor : *In omnibus fere causis, in quibus
CECIDISe quis FORMVL A dicitur, haesunt quaestiones,
AN HVIC, AN CVM HOC, AN HAC LEGE, AN
APVD HVNG, AN HOC TEMPORE LICEAT AGE-
RE.* Praecipua tamen ratio, propter quam quis *causa ca-
dere* dicebatur, haec erat, *si agens in intentione sua PLVS
complexus fuerat, quam ad ipsum pertineret.* Hinc apud
Plautum Tranio :

Velim quidem berele, ut uno numo PLVS petas.

Et apud Ciceronem Scavola Hypsacum & Octavianum, iuri-
signaros patronos ridebat, *quorum ille, Ciceronis verba-
funt, maxima voce plurimis verbis a M. Crassfo praet. con-
tendebat, ut ei, quem defendebat, CAVSA CADERE lice-
ret;* hic autem non minus longa oratione recusabat, ne ad-
versarius CAVSA CADERET, ac ne is, pro quo ipse diceret,
turpi tutelae iudicio, atque omni molestia, iustitia adversa-
rii, liberaretur. Atqui non defuit illis patronis, inquit
Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, sed iuris
civilis prudentia : quod alter PLVS LEGE AGENDO
PETEBAT, quam quantum Lex in XII. Tabulis permis-
erat : quod cum impetrasset, CAVSA CADERET : alter
iniquum putabat, PLVS secum AGI, quam quod esset in acti-
one : neque intelligebat, sita esset actum, LITEM adversa-
rium PERDITVRVM. Hucusque Cicero : ex cuius ver-
bis, ut obiter id notemus, Virorum Doctissimorum contro-
versia conficitur, an qui plus petebant, ex XII. Tabularum
legibus, an Edicto Praetoris causa ceciderint, quod posterius
verosimile quondam visum fac. Raerndo. Extat tamen-

etiam-

Var. III. 33.

etiamnum antiqua XII. Tabularum Lex, huius tenoris: *SI
QVIS LEGE AGENDO PLVS PETIERIT, CAVSA
CADITO*: cuius explicationem videlicet apud Pardulphum Jurispr. Vet.
Prateum: Quantum interim ad eos, qui semel causa ce- p. 248.
cidissent, quandoque a Praetore restituebantur, idque a Sene-
ca docemur: *Quid enim alind agiris, cum eum, quem inter- Ep. XLVIII.*
*rogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut FORMULA
CECIDISET videatur? Sed quemadmodum ILLVM PRAE-
TOR, sic hos philosophia IN INTEGRVM RESTITUIT.*
Raro tamen id siebat, nisi, qui cecidisset, minor esset XXV. an- §. 33. I. de ast.
nis. Huic enim, sicut in aliis, causa cognita succurrebatur,
si lapsus inventore fuerat, ita & in hac causa succurrisoli-
tum erat. Sane, si tam magna causa iusti erroris interve-
niebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset, etiam ma-
iori XXV. annis succurrebatur. Prorsus aliquid peculiare
de Tib. Claudio Caesare narrat in eius vita Suetonius: Non
semper, inquit, praescripta Legum secutus, duritiem lenita-
tem multarum, ex bono & aequo perinde ut afficeretur, mo-
deratus est. Nam & iis, qui apud privatos indices PLVS PE-
TENDO FORMULA CECIDISENT, RESTITUIT actiones:
& in maiore fraude convictos, legitimam poenam su-
pergressus ad bestias condemnavit. Qui plura de hoc argu-
mento volunt, Cuiacum & Hotmannum adeant, nec non
B. Schilterum in peculiari Dissertatione, quam *De iure For-*
mulario Romanorum & Francorum suis ad Pandectas Exer-
citationibus inseruit.

Cap. XIV.

ad d. §.

additam. Ex-
erc. II. p. 41.

XIII.
Haec de Formularum Pontificiarum natura & indeole
sufficiant: Ad alteram Tractationis nostrae partem accin-
gimur, qua Legis actionum Historiam quodammodo pro-
ponere constitutum erat: id tamen, quam fieri poterit, bre-
vissimis expediemus. Et quantum primo ad originem ea-
rum attinet, non dubitaverim ad tempora Decemvirorum
eam referre. Sic enim Pomponius: *Deinde ex his legibus
EODEM fere TEMPORE actiones composite sunt, qui-
bus*

§. 6.

Iuu inter se homines disceptarent. Eodem scilicet tempore;
quo Leges XII. Tabularum a Decemviris perlatae essent.
Specialius tamen existimaverim in eum annum reiici debe-
re, quo decem Tabulis e Graecia perlatis duas posteriores
adderentur. Tunc enim omnia suppleta penitusque conse-
cta, quae ad istum diem in iure desiderata fuerant. Pertinet.

v. Macrob. I. 13. *huc, quod Tuditanus libro tertio magistratum refert, De-*

cemviros, qui decem tabulis duas addiderunt, primum de
intercalando populum rogasse. Vnde non levis coniectura,
eos, qui primum intercalarunt, iuris quoque formularii ra-
tionem habuisse: quam arcte enim Fastorum custodia &
intercalandi potestas cum nostris Legis Actionibus cohaere-
ant, in praecedentibus, opinor, demonstratum. Deinde

Tomo. II. ex iis, quae apud Zonaram leguntur, *Sero tandem Decemvi-*
ros sub anni finem quaedam in duas tabulas SVAPTE AV-
TORITATE adscriptissse, non ad concordiam, sed ad maio-
res DISSENSIONES pertinentia: fallor? an originem
Iuris notri formularii reperio? Quod enim suapte autori-
tate Decemviro quacdam ad XII. tabulas adiecisse dicit,
hoc ipso, quae adiecerunt, a tabulis distinguit: sunt enim
istae, prout ex Livio cognoscitur, centuriatis comitiis, hoc
est autoritate totius populi perlatae. Quid ergo impedit,
quo minus haec ab istis Tabulis seiueta & segregata pro Le-
gis actionibus habeamus? certe quid aliud hic denotari possit
non reperio: Praecipue si verba sequentia iungantur, quod
haec additamenta non ad concordiam, sed ad maiores dissen-
siones perinuerint: quae profecto non incongrue de Legis
Actionibus dicuntur. Sed coniecurae sunt, quibus detine-

mur: quantum vero ad certium atque definitum tempus, quo
haec contigerint, optime, ut credo, ad annum CCCIV. aut
Vtum, quam condita Roma esset, referentur: quamquam in
diversas partes Diodorus abeat, qui posteriores duas tabulas
a M. Horatio & L. Valerio Turpino Coss. adieatas existimat.
Sed malim in ista re cum Dionysio Livioque sentire, qui a De-

Lip. XII.

cem-

cemviris posterioribus; Ap. Claudio, M. Cornelio Malugi-
nense, M. Sergio, L. Minucio, Q. Fabio Vibulano, Q. Poe-
tilio, T. Antonio Merenda, Caeso, Duilio, Sp. Oppio Corni-
cine, Man. Rabuleio perlatas esse referunt.

§. XIV.

Hac igitur ratione constitutae Legis actiones ac in
Pontificum penetralibus repositas *annis prope centum* vigi-
erunt, ut ex Pomponio cognoscitur: a quo tamen subtilis an-
norum computatio facta non est, ut ex inferioribus patebit.
Interim, quantum ad abrogationem vel certe imminutam
harum actionum autoritatem, eius rei sat fidum interpretem
eundem Pomponium habemus: *Postea, inquit, quam Ap-*
pius Claudius proposuisset, & ad formam redigisset has actio-
nies, Cn. Flavius, scriba eius, libertini filius, subreptum librum
populo tradidit, & quae sequuntur. *Quis autem ille Clau-*
dina fuerit, hoc loco dispiendendum: ubi primo statim loco Theſ. Var.
insignis Pancirolli error detegitur, qui ad Gellianum de Cn. Lect. II. 2. p. 186
Flavio locum ita commentatur: *Quod autem dicit Pifo, illum*
scriptum fecisse, intelligit scribam seu cornicularium fuisse:
eoque officio apud APP. CLAVDIVM, dum esset DECEMVIR,
functum fuisse Pomponius significat, dum illius scribam
appellat: iuxta enim, sententias & decreta DECEMVIRI
scribebat. Quo loco mirari non satis possum, Summi alio-
quin Viri *avtēgōtōtāv*, quod cum videret a Pomponio Clau-
dium hunc centum prope annis post XII. Tabularum tem-
pora collocari, cum tamen Decemvirum appellare non eru-
besceret. Pertinent huc Ciceronis ad Atticum verba: *unum*
īsoēāxēv requiris de Cn. Flavio Cn. F. ille vero ante DECEM-
VIROS non fuit, quippe qui Aedilis Curulis fuerit, qui Ma-
gistratus multis annis post Decemvires institutus est. Certe,
nisi omnia nos fallunt, hic nostri Appii Claudi Craffi Ap. F.
M. N. Decemviri A. V. CCCII. ab nepos est, App. Claudi v. Livius III. 33.
Craffi Trib. mil. A. V. CCCXXIX. pronepos, App. Claudi Id. V. 1.
Craffi, qui legem de plebēiis Consulibus A. V. CCCLXXXV. Id. VI. 40.

ep-

oppugnavit, nepos, C. Claudii Crassi Regillensis Dictatoris
Id. VIII. 15. A. V. CDXVIII. filius: cognomento *Caecus*: ita enim pro
d.l. 2. §. 36. *Centemmanus* apud Pomponium legi debet. Vnde vero
de Senect. Cap. nomen hoc fortius fuerit a Cicerone docemur: *Ad Appi*
VI. *Claudii senectutem accedebat etiam, ut CAECVS esset.*
Quapropter in Tabula Capitolina descriptus legitur, AP.
CLAVDIVS C. F. AP. N. CAECVS. Quo tempore quam-
vis nondum ita senex neque forte Caecus esset, *natura* *αρεγ-*
ληγίου tamen ita dictum communiter existimant: Sic enim
Agric Cap. IX. etiam Vespasianus apud Tacitum *Divus* appellatus, qui non-
VIII. 38. dum Divus erat: & Q. Fabius *Maximus* apud Livium, qui
Offic. III. 16. tamen cognomen Maximi demum in censura tulit. Sunt &
VIII. 2. alii, qui *Centumalum* pro *Centemmanum* in Pomponio scribi
velint: id enim, iuxta Ciceronem & Valerium, cognomen-
gentis Claudiæ fuit. At enimvero, qui ab ipsis produci-
tur, T. Claudius Centumalus non modo nostro duobus fere
saeculis posterior, sed incertum etiam, an ipse patricius fu-
erit: nam & Claudiæ plebeiam gentem extitile novimus, a
quodam Claudiæ gentis patriciae cliente procreatam, quae
Thef. Tom. II. Marcelli, Glitia, Aesernini, Flaminini, Afelli, forte etiam
Panvin. de Centumalis cognomina tulit, & ipsa in urbe consulatus,
Nom. Rom. censuras, & triumphos quamplures egit. Illud certe no-
inf. Graev. tum, quod hic noster Claudius senior consecutus coecitate la-
p. 2005. boraverit: in hoc enim Romani Scriptores omnes consenti-
ent, & nostri quoque Iureconsultorum Libri suffragantur:
I.I. §. 5. ff. de quandoquidem Vlpianus in deliberatione, num coecus ma-
postul. gistratum gerere possit, cum exempli loco producit: *Appius*
denique Claudius CAECVS consilis publicis intererat, & in
Senatu severissimam dixit sententiam de Pyrrhi captivis.
Idem ille est, qui C. Junio Bruto Q. Aimilio Barbula Coff. A.
IX. 29. V. CDXL. cum C. Plautio Censuram gessisse & in Tabula
IX. 42. Capitolina & apud Livium legitur, postmodum ad A. V.
IX. 33. CDXLVII. cum L. Volumnio ipse Consul: Ceterum tanta fe-
rocia, *ut censor, circumactis decem & octo mensibus, quod*

Ac.

*Aemilia lege finitum censurae spatium temporis erat, quum
C. Plautius Collega eius magistratus abdicasse nulla vi com-
pelli posset, ut abdicaret. Hoc ipsis superbiam familiae suae
in istam sectatus atque tuitus; cuius longo post tempore
Tacitus adhuc memor, Tiberium Neronem nominat, matu-
rum annis, spectarum bello, sed VETERE atque INSITA
CLAVDIAE FAMILIAE SVPERBIA: quam etiam Cice-
ro nova quadam Appieratis voce irrisit. Praeterea noris- Lib. III. Ep.
simus est, inquit Svetonius, Claudio omnes optimates ad- VII.
sertoresque unicos dignitatis ac potentiae Patriciorum sem-
per fuisse, atque adversus plebem adeo violentos ac contu-
maces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum
mutare vestem aut deprecari susinuerit: nonnulli in alter-
catione & iurgio Tribunos plebis pulsaverint. Ut adeo mi-
rari non satis possumus, Ap. Claudium Caecum, ut apud Pli-
nium legitur, quamvis alioquin feroci & plebeis omnibus
infesto esset ingenio, hortatum tamen fuisse Cn. Flavium,
ut dies fastos, quos populus a paucis principum quoti-
die petebat, exciperet & edisceret. Certe nec apud
Pomponium nec usquam alibi mentionem eius consilii re-
perimus.*

§. XV.

Neque tamen in rebus oblitteratis & remotissimis Ve-
teres conciliabimus, hoc unico contenti, quod Cn. Flavium.
Legis actiones edidisse sciamus. De cuius quidem nomine
Scriptores dissentire video: Caius enim Cn. Filius Livio,
sed Cneius Ciceroni, nec non Piloni annalium conditori di-
citur apud Gellium, Valerio item, Pomponio atque Plinio;
nisi quod apud hunc & Gellium Annii, apud ceteros Cneii
filius fuisse prohibetur. In eo tamen, quod ego sciam, con-
veniunt omnes, *libertino patre natum*: plerique Appii Clau-
dii Caeci scribam vocant. Idque nobis extra dubium, cum
in isto munere fastos evulgandi occasionem nactus sit. In-
venimus est, inquit Cicero, scriba quidam Cn. Flavius, qui cor- pro Muraena
Cap. XI.

nicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos
populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sa-
pientiam compilarit. Livius de eodem: Civile ius reposi-
tum in pene alibus Pontificum evulgavit, fastosque circa

IX. 46.

forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur.
Valerius: Ius civile per multa saecula inter sacra ceremoni-

II. 55.

aque Deorum immortalium abditum, solisque pontificibus
notum, Cn. Flavius, libertino Patre genius, & scriba, cum in-
genti nobilitatis indignatione factus Aedilis curulis, vulga-

XXXIII. 1.

pit, ac fastos pene toto foro expoſuit. Plinius: Frequenior
autem ius annularum non ante Cn. Flavium Annii filium de-
prehenditur. Hic namque, publicatis diebus fastis, quos

§. 7.

populus a paucis Principum quotidie perebat, tantam gra-
tiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genius &
ipse Appi Caeci scriba, cuius hortatu exceperat eos dies, con-
fultando ad fiducia sagaci ingenio, promulgaveratque, ut Aedi-
lis curulis crearetur cum Q. Anio Praenestino: Additum

Flavio, ut simul & Tribunis Plebis esset. Et Pomponius
noſter: Postea, cum Ap. Claudius proposuſſet, & ad formam
redegiffet has actiones: Cn. Flavius, scriba eius, libertini R.
subreptum librum populo tradidit, & adeo gratum fuit id

minus populo, ut Tribunus pl. fieret, & Senator, & Aedilis

Curulis. Circa quae posteriora verba varie torqueri videoſ

interpretes: obſtat enim ipsis modo citatus Valerii locus,

quo Cn. Flavius, postquam aedilem dignitatem adeptus ef-
ſet, demum has actionum formulas evulgasse dicitur. Sed

facilis hoc loco cum Viro quodam eruditio conciliatio. Po-

tuit enim divulgare formulas actionum nondum Aedilis, fa-

etus autem eas tantum in albo reponere. Idque eo magis

creendum, si vera eſt Macri Licinii apud Livium narratio,

eum iam antea tribunatu & Triumviratibus, nocturno altero,

altero coloniae deducendae defunctum. Quae vero de

ciusdem Flavii ingenio, operibus factisque seſtivis paſſim

apud Scriptores, iſi hic recensēdis non immorabitur. De

II. 6.

v. Tell. VI. 9.

lxx.

Iure Flaviano, quod ab ipso nomen sortitum est, fragmenta
non nisi pauca, tabulae, quod ego sciam, nullae superfunt,
nisi forte Fastorum tabulam apud Gruterum huc referas, cu-
ius notas praecepue huc pertinentes §. VII. explicatas dedi-
mus. Quae quidem omnia circa A. V. CDXLIX. P. Sulpitio
Saverrione, P. Sempronio Sopho Coss. acciderunt, ut ex
Livio Plinioque patet.

Oper. Inscrip.

733.

§. XVI.

Iam facile colligitur, hac ratione promulgatis legis ac-
tionibus, earum vim & autoritatem non parum labefacta-
tam fuisse. Cum enim viderent Pontifices, se scopo suo ex-
cidisse, nec amplius a plebe consuli, ad novum aliquod in-
ventum animos applicuere. Itaque irati illi, inquit Cicero pro Muraena.
10, quod sunt veriti, ne dierum ratione promulgatae & co-
gnita, sine sua opera lege posset agi, NOTAS quasdam compo-
suerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Nec multum
abludit Pomponius: Augescente civitate, quia deerant GE-
NERA QVÆDAM AGENDA, non posse multum temporis
spatium Sex. Aelius ALIAS ACTIONES composuit, & li-
brum populo dedit, qui appellatus IVS AELIANVM.
Quem locum ita interpretor: Posteaquam Pontifices, priori-
ribus actionum formulis a Cn. Flavio divulgatis, novas
quasdam notas composuerunt, atque adeo Iuri Flaviano
quædam agendigenera vel formulas decesserint, inventus est
Sex. Aelius, qui eas in unum contulit & evulgavit: Sic enim
hoc loco accipendum rō componere, ut condere, conferre in
unum, vel evulgare & proferre in medium, Festo autore, si-
gnificet. Quales vero notæ fuerint, quarum e Cicerone
mentionem fecimus, hic dispiciendum. Eas Manutius per
obscura quædam verba; Lipsius per scripturæ quæ-
dam compendia, cum verbis non perscrimimus, sed signamus:
Cuiacius per literas singulares, & alio quodam loco per ob-
scura signa & incertos characteres explicat: ut adeo sibi non
satis constare videatur. Est enim inter notæ & literas fin-

v. Cuiac. ad §.

4. l.c.

ad orat. Mu-
raen.

Cent. I ad

Belg. Ep. 27.

ad § 7. l. 2. &

Obser. XII.

40.

Conf. Dedit. *gularias*, sive, ut Iustinianus vocat, *Singlae* seu *Siglas* aliqua
nobis Deus.

§. 22.

XVII. 9.

Singlae sunt *literae singulariae sine coagmentis syllabarum*, quibus C. Caesarem in Libris Epistolarum ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res eius absentis curabant, usum fuisse A. Gellius docet: idque ex ipsa vocis origine cognoscitur: dicuntur enim *Sigla* εὐ οὐρωτὴν quasi singula, ut *vincla* pro *vincula*, *saecula* pro *saecula*, ut etiam *viglas* pro *vigilias* dixerent. *Norae* vero non sunt *literae*, ut Pedius libro XXV. ad edictum scribit, teste Paulo; sed signa & characteres quidam vel vocem vel integrum sensum exprimentes. Notas certe a literis singularibus aperte distinxit Manilius, ubi de iis loquitur, qui sub Virginis signo nascuntur:

I. b. § ult. ff. de
bon. poss.

Lib. IV. A.
fron.

Hic & scriptor erit velox, cui LITTERA VERBUM
est,

QVIQUE NOTIS lingua superet, cursimque loquen-
tis

Excipiat longas nova per compendia voces.

Ad illas pertinet Valerii Probi Grammatici de Notis Romanorum interpretandis libellus & Notae Iuris a Magnone collectae, nec non Petri Diaconi de Notis Literarum more Romano Liber, ad Conradum Imp. Ro. primum, quos, cum aliis huc pertinentibus, sub Finem Corporis Autorum Latinæ linguae excudi curavit Dionysius Gothofredus. Ad has Norae Romanorum Veterum, quibus litera verbum facit, Tullii Tyronis, Ciceronis liberti & Annaci Senecæ; prout eum libro titulum praefixit, qui primus eas in lucem protraxit, ad calcem Operis Inscriptionum I. Gruterus. Eiusmodi notis atque siglis olim repleti erant Iureconsultorum Libri, qui eas proinde dicebantur intelligere: Manilius non longe post de iis, qui sub Libra nascuntur;

p. 1451. seqq.

Hic

*Hic etiam Legum tabulas & condita iura
Noverit, atque NOTIS levibus pendentia verba,
Et licitum sciet & vetitum quae poena sequatur,
Perpetuus populi privato in limine praetor.*

De quibus videsis Brissonium *Antiquitatum ex Iure Civili*
selektorum Capite peculiari, quo da actis iudicariis atque
notis agitur. Sed in viam e diverticulo

IV. 21.

§. XVII.

Scilicet eiusmodi notis perscriptas posteriores Actio-
num Formulas & a Pontificibus etiam procul dubio custodi-
tas, Sex. Aelius denuo divulgavit, ut e Pomponio docemur.
Est ille Sex. Aelius citra controversiam, quem ad A.V. DLV.
Tabulae Capitolinae Consulem faciunt, SEX AELIVS (: sic
enim pro ALLIVS apud Gruterum legi debet:) Q.F.P.N.
PAITVS. CATVS. collega T. Quintio Flaminino. *Cati*
cognomen ipse primus tulit: estque nihil aliud quam acutus,
iuxta Varronem: *CATA, ACVTA: hoc enim verbo Sabini* d.II. Lib.VI.
dicunt: quare CATVS AELIVS SEXTVS non, ut aiunt, p.m.74.
sapiens, sed ACVTVS & quod est tunc coepit memoria-
ri. Fuit is P. Aelii frater, Iureconsultus eximius, ut eum
non dubitaverit Cicero vocare *amplissimum & clarissimum* de Orat.I.p.m.
Virum, qui proper iuris civilis scientiam sic appellatus a sum-
mopœra est, 159.

§. 7.

Egregie cordatus homo CATVS AELIVS SEXTVS.
Ad quos Enni versus etiam Pomponius respexit. De eodem
Livius: *Frumenti vim magnam ex Africa adveytam AEDIL-
LES CVRVLES M. Claudius Marcellus & SEX. AELIVS
PAETVS binis acris in modios populo divisorunt: & ludos*
*Romanos magno adparatu fecerunt: diem unum instaura-
runt: signa aenea quinque ex multatitio argento in aevario*
posuerunt. Et alibi: Narriensum legatis querentibus ad
numerum sibi colonos non esse, & immixtos quosdam non sui
generis pro colonis se gerere, earum rerum causa TRIVM-

XXXI. 50.

XXXII. 2.

VI-

D 3

*VIROS creare L. Cornelius Consul iussus: creati Pub. & SEX.
AELII (: Paetis fuit ambobus cognomen :) & C. Cornelius
Lentulus. Et rursus : Creati CONSULES SEX. AELI-
VS PAETVS & T. Quintius Flamininus. Denique in
Censoria dignitate : Censorum inde Comitia habita sunt :
Creati CENSORES, SEX. AELIVS PAETVS & C. Cor-
nelius Cetbegus. Iuxta quae earum rerum Chronologia con-
sicitur : fuitque noster Aelius primum Aediis Curulis A. V.
DLIII. postmodum Triunvir A. V. DLIV. Consul deinde
factus A. V. DLV. & denique Censuram gessit A. V. DLIX.
P. Cornelio Africano, T. Sempronio Longo Cossi. De eius-
dem vero libro, qui ad nos hoc loco pertinet, Pomponium
audiamus, *Et extat, inquit, illius liber, qui inscribitur TRI-
PERTITA, qui liber veluti cunabula iuriis continet.* TRI-
PERTITA autem dicitur, quoniam, *lege XII. Tabularum
proposita, iungitur interpretatio : deinde subexitur LEGIS
ACTIO.* Hacc Pomponius: cuius tamen sententiae con-
trariatur Steph. Pighius in *Annalibus Romanorum*, ubi Li-
brum Aelianum ideo *Triperita* vocatum existimat, quia
*tripertitum seu triplex ius XII. tabularum explicat, iuxta
illud Ausonii:**

*Ius TRIPLEX, tabulae quod ter sanxere quaternae,
Sacrum, privatum, populi commune quod usquam est.*

Sed infelix, ut opinor, ista conjectura nec facile toleranda:
malimque potius ab antiqui ICti Pomponii, quam recentioris
alicuius Scriptoris autoritate pendere: nullus etiam dubito,
quoniam per *Legis Actionem* isti Triperitae subiunctam, posteri-
ores actionum formulae sive notae, ut Cicero *vocat*, intelligi-
genda sint, quas hunc Aelium nostrum composuisse librum
que populo dedito ex superioribus satis constat.

§. XVIII.

Fuit hoc alterum Iurisprudentiae formalis fatum,
quo illius autoritas, iam ante Cr. Flavii facto multum debili-
tata,

tata, pene tota concidit. Fuere tamen semper & in iudicis
& iureconsultorum libris illius aliquae reliquiae, notarum-
certe & literarum singularium, quibus vel notarii inscribendis
actis praesidum, vel librarii in scribendis iureconsultorum li-
bris usi sunt; quarum varia & subtili interpretatione cum
multi in fraudem inducerentur, magnae etiam iudicantibus
discentibusque tenebrae offunderentur, novitii eas Impera-
tores, quemadmodum Isidorus loquitur, *a Codicibus Legum*
abolendas sanxerunt. Et sanc Justinianus diserto prohibu-
it, quicquam in suis libris notis scribi, ne qua malignis inter-
pretibus imperitis verborum evertendorum ansa praebe-
retur. Sed & ipsae formularum solemnitates & actionum
impetrations ab eius antecessoribus sublatae. Extant enim
duae Constitutiones, Constantini altera, A. C. CCCXLII.
altera Theodosii iun. & Valentiniiani III. A. C. CDXXVIII.
sub rubrica Digestorum *de formulis & impetracionibus aeli-*
onum sublatis. *IVRIS FORMVLAE*, inquit ille, *aucupar-*
tione syllabarum insidiantes, cunctorum aelius radicibus
AMPVTENTVR. Quo nomine ille a Nazario laudari vi-
detur his verbis: *Novae leges regendis moribus & frangen-*
dis vitiis constituae: VETERVM CALVMNIOSAE AM-
BAGES RECISAE captandae simplicitatis laqueos perdi-
runt. Quibus accedit & altera Constitutio: Nulli prorsus
non *IMPETRATAE ACTIONIS* in maiore vel minore iudi-
cio agenti opponatur exceptio, si appam rei & proposito nego-
cio competentem eam esse constituerit. Atque hoc pacto ve-
teres actionum formulae penitus exoleverunt: adeo ut post-
ea Tribonianus ne quidem *formularum* nomen amplius ad-
hibere vellet. Neque enim salut in Pomponii verbis, *Poſt-*
ea quum Appius Claudius proposuisset & ad FORMAM re-
degisset has actiones; formam reposuit, cum forte magis con-
venienter a Pomponio scriptum esset, ad formulam, ut Sveto-
nius, ad certam formulam; sed etiam in definitione interdi-
ctorum *FORMAS & conceptiones verborum, pro formulas* *pr. I. de interdi-*
ad-

v. l. 33. ff. ex
quib. caus. mai.

Orig. I. 22.

Const. Dedit
nobis Deus,

§. 22.


§. T.

adhibuit : nec usquam retinuit *formularum* nomen alibi,
quam in inscriptione *Marciani ad FORMVLAM hypothecariam*, & forte in fragmento *Pauli Lib. IX. ad Sabinum:*
1.42. ff. de furt. *Si servus navem exerceat non voluntate domini, de eo, quod ibi perit, vulgaris FORMVLA in dominum danda est:* ut
ad l.c. §. 5. *Doctissimus Cuiacius adnotavit.*

§. XIX.

At satis iam est de isthoc argumento, & forte plus quam satis. Quod si tamen pluribus hoc labore, quam necesse erat, nos defunctos esse aliquis arbitretur, ei cogitandum, adhuc pluribus tamen id fieri potuisse, si modo libri superessent, qui de Iure isto recondito quondam tractavere. Nullum enim dubium, quin & olim M. Cato in suis *originum Libris*, & in oratione, quam de *indigeribus* habuit, & & M. Varro in suis *Pontificalibus & Antiquitatum Divinarum Libris*, Legis actionum *formularumque* mentionem fecerint. Quos omnes, una cum Fenestellae *Pontificalibus Libris & Rutilii Gemini Fabiique Pictoris de iure Pontificio Commentariis* intercidisse querimur. Sed utinam vel solus Cn. Flavii Liber aut Sex. Aelii *Tripartita* ad nos pervenissent, ut ex illis certi quidpiam de Iure *Formulario* doceremur. Verum etiam in ista parte nihil reliquum nobis quam ruinae lamentabiles: ut adeo, tanquam naufragis, in isto mari nobis enitendum fuerit, tunc demum ad portum perventuris,
ubi Tu, L. B. favore Tu gratiaque vela nostra
secundaveris.

S. D. G.



Km 1128

Bd. 1-19

56

ULB Halle
004 978 544

3



VD 18

VOA



B.I.G.

